



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]**

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De s[an]cto Hilario abbate. Cap[itulum]. clxiiij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

vel manus deosculantes continuo sanabantur.  
**¶** Post aliquod ho tempus emulacione ciuium a ciuitate pulsus venit traiectum. **¶** Ibiq; iuxta beati petri ecclesiam rugurii edificans penitentie operibus vacabat: vbi sibi per visum a dño reuelatur: huiusmodi gentes galliarum vrbes et maxie octauia emerituras: qua visionē octauiam accedens dum populo nunciasset: illi quoq; timens res: ne propter peccata in ipm commissum hec sibi futura contingerent: seruatiū pro impetranda ventura nunciū populi ad sedem apostolicam delegarunt. **¶** Qui veniens traiectū lapidem altaris pulcherrimū trabe ruente cōscissum digito super scissuram deducto reintegravit. **¶** Indeq; romā accessit: vbi cū in festo dñice annunciationis in ecclesia beati petri oraret pro populo apostolorū princeps sibi in somnis apparuit: galliamq; diuinam euadere nou posse sententiam propter eorum peccata reuelauit. **¶** In cuius testimonium clauem argenteam ei dedit: quam ille euigilans in manu repperit: et perpetuo pro reliquijs seruauit. **¶** Cum autem reuerteretur egressus romā a gothis capis: qui tunc straiam deuastabant. **¶** Qui per noctem angelū cū luce nimia in custodia apparuerunt: eumq; solutū dimiserunt. **¶** Cum autē die altero a gothis torquendus queritur in carcere clauso non inuenitur. **¶** Reperitur tandem ab ipis solutus in quodam campo sopitus: cui aquila grandis insidens: altera alarum eum a sole obumbrabat. alterā mouens quasi stabello et aurā uerilabat. **¶** Quod gothi cernētes et stupentes illū in pace dimiserunt. **¶** Veniens autē in terram vagionū cum fiti affigatur: digito signo crucis in terra facto fons aque de humo scaturit: et exinde usq; in presens nunq; defecit. **¶** Degens coloniā apud sanctum seuerinum cum oraret a consocio super caput eius ignis columna conspicitur: que nimia celeritate celum progreditur. **¶** Apud merensem vrbes celebras facies eius solis claritate refulsit. **¶** Reuersus ergo octauiam: et que uiderat referēs sanctorū reliquias et uasa sacra una cum populo traiectū transtulit pesti superuenture seruanda. **¶** Et cum in itinere fessus quiescere uellet: nec sedem paratā haberet: terra tumens in modū puluinaris se exiulit: vbi et sedendo quieuit. **¶** Sicq; ibidem usq; in presens manet. **¶** Diem obitus sui prescians celebrata missa populum sacris exhortationibus dudum admonuit: cui angelus assistere uisus fuit. **¶** Et cum diutius orasset luce cōspicua instar solis radij euz per tres horas pro regente emisit spiritum. **¶** iij. idus maij. que tūc dies penthecostes occurrerat. **¶** Lulus corpus memorato quo supra tempore in ecclesia traheret. sepultum est: vbi in finitibus et admirandis signis effulget. **¶** Inter que cum primo in via publica sub diuo sepultus diutius quiescisset cum tempore huiusmodi oia in circuitu nūc reple-

ret. nunq; sepulchrum eius tetigit: donec in dacia ciuium basilica super ipsum edificata est.  
**¶** Re vera de isto sancto singularis annorū longeuitas reperitur: quia si vera sunt que de ipso scribunt preter cōmunē modernū nature cursum uita eius per annos uita. ccc. concluditur adeo fuisse mirabiliter protelata. **¶** Si cū diligēter tēpora computent seruatiū uel christo fuit cōtemporaneus: uel si post eius ascensionē natus nō potuerit ultra ānos sexaginta elapsos fuisse: uel ad plus. lxxx. **¶** Quod si ambrosio et hie ronymo cōtemporaneus extitit illos circa annos dñi cōstat. ccc. lxxx. uel circa floruisse. **¶** Et sic seruatiū ad etatē quam dñicinus peruenisse: **¶** Quod si quis legendā seruatiū de mediatio acauser: nouerit eā tēpore hērici qñti impatoris a celestino papa. iij. in publico cōfessorio autentificatā: vbi oia q; dñora sunt approbata fuerunt.  
**¶** De scrō Wilaro abbate. **¶** Cap. cxiij.



### Hilarius abbas tempo-

re theodoricū regis longobardorum claruit. **¶** Hic de tuscia oriūsus dum puerulus epistolā pauli legeret diuino spiritu inspiratus et a seniore de uita solitaria informatus anno xij. relicto seculo deum orauit: ut eū ad locum duceret: vbi solitarius deo seruire posset. **¶** Cui angelus dñi apparuit: ipm q; de vrbe roma vbi habitabat eduxit: et usq; ad montē emille ei ducto: extitit. **¶** Ad cuius radices vno miliario fluuius decurrebat: vbi in sanctitate uite deo solvacare cepit. **¶** Ad eoz p̄fecit ut infra triennium in vertice montis ecclesiam construeret inferiusq; speluncā habitacionis sue locaret: ac de labore manū victum acquireret. **¶** Sicq; annorum exstiens viginti summū perfectionis apicem uite regularis attingit. **¶** Eodē tēpore olibrius qdā nobilis ciuis rauēnas a demonio oppressus est clamāre per os eius immūdo sp̄s q; a nullo inde nisi ab hylaro eijci posset. **¶** Et designato loco et uiri effigie ductus est olibrius ad virum dei: quem sibi in ecclesia oblatū cōfestim ab obsessione liberauit: et ad xpm cōuertit: **¶** Quē quidā iulianus h̄sbyrer casu illac transiēs cū vxore et oī familia pinisui sexus numero. xc. baptizauit. **¶** Et post tridū vxor eius Eustasia a seculo migrante. **¶** Olibrius hō oibus pro christo erogatis cū filijs suis iulio et eunomio monachus sancti hylari factus est: qui et cenobii p̄dñs ditauit: vbi et magna monachorū multitudo breui tēpore excreuit. **¶** Quibus sanctus deo viuēdi regulas ordinauit. **¶** Cū autē ad instantiam quorūdam emulorū dicentiū hylarum cū socijs inobedientes regis mandatis: theodoricus rex milites suos misisset ad monasteriū spoliandum: illi bi duo per deuta mōriū oberrātes ad id minime venire potuerūt. **¶** Quod rex audies personaliter illuc accessit: et dum equo insidens curiam

De sanctis in mēse maij occurrētibus. Fo. cxiij.

Introlisset. Equusq; dudū stimulatus vterius  
procedere non posset: tandem regem ad terraz  
defecit: nec ipse nec iumentum inde se mouere  
valuit donec rex tentens a sancto veniam cum  
liberatione percepit. ¶ Inter cetera hō regule  
mādata fratres de collectis frugibus gustare  
non audebant nisi ea prius abbati offerebant.  
Quidam hō frater immaturam vāā conspicies  
tentatione expulsus ipsam expectit: et ab ab-  
bate gustandam obtinuit. Sed vt racemum ea  
pere voluit serpentē in manu sua inuenit: quē  
abiciens sancto nunciavit. Ille hō vbi demo-  
nem esse cognouit per caudam ad ecclesiam tra-  
xit: ipsumq; humana voce loqui cōpulsit q; fra-  
trem ad hoc desiderio gustus tentauerat: vt si  
gustasset ipm de monasterio recedere fecisset.  
Quo dicto serpens crepuit et demon euauit.  
Anno autem etatis sue. lxxv. apparere sibi an-  
gelo et suum obitum post triduum predicente:  
locellum sibi parari iussit quasi passibus centū  
longe ab ecclesia sua: vbi et quiescens in pace  
conditus est tertio idus maij.

De sancto Duto martyre. Cap. cxiij.



Marius presbyter et

martyr: primo in amphipoli ciui-  
tate detētus multisq; penis atq;  
cruciatibus pro christi confessio-  
ne affectus. Postea bizantiū que  
nunc constantinopolis dicitur vsq; per ductus  
capitali sententiā occubuit tertio idus maij: vt  
dicitur adō in martylogio.

De sancto Bonifacio martyre. Cap. cxlv.



Bonifacius

martyr: passus ē  
apud tarsum est  
cie ciuitatem re-  
poribus diocele-  
riani et maximiani imperato-  
ruz sub prelide supplicio. Hic  
cum esset seruus et procurator  
rerum cuiusdam nobilissime  
matrone nomine aglaie in vr-  
be roma: homoq; ebriosus et adulter ac vitiosus  
deditus et cum ipsa eius domina dudum in su-  
pro misceretur hospitalitati tamen operibus  
misericordie intendebat. Tandem vtriq; diuis-  
no nutu compuncti consilium habuerunt: vt ad  
requirandas martyrum aliquorum reliquias  
bonifacius mitteretur ad partes cillie vbi chri-  
stianorum ingens persecutio flebat: quatenus  
vterq; eorum orationibus martyrum saluari me-  
rerentur. Erant enim vterq; christiani. Boni-  
facius autem recedens: dixit domine sue quasi  
puberico spiritu inspirat: vt si euentre posset  
ad emendandum corpora martyrum secum defer-  
ret. Sin autem ipsa corpus suum martyris no-

mine susciperet. In ipso autem itinere marty-  
christi a carnibus et vino abstinuit propter mar-  
tyrum reuerentiam: quorum corpora tractatu-  
rus erat. Perueniens igitur cum duodecim es-  
quitibus et tribus vehiculis ad ciuitatem tar-  
sum conuersos licentiauit: vt trent ad hospitia  
procuranda: ipse hō ad videndos martyres fe-  
stinauit. Inuenitq; alium pedibus suspensum  
igne supposito: alium in quattuor lignis exten-  
sum et diutius cesum: alium vnguis exaratum:  
alium manibus abscisum: alium stipite in collo  
fixo a terra leuatum. Et sic per diuersa suppli-  
cia eos a carnifice cruciari. Qui cum magnum  
deum martyrum acclamaret: et eorum se pedi-  
bus prosterneret: ac illos in domino conforta-  
ret: a iudice tētus et interrogatus se christianū  
viva voce professus est. Quem supplicius pre-  
ses iussit suspendi: et vsq; ad ossium nudationē  
radi latera eius: Deinde calamos acutos sub  
vnguis manuum eius configi: et post hec in  
ore ipsius plumbum liquefactum infundi. Et  
cū in his omnibus gratias ageret: multi ex gē-  
tilibus conuersi furentes aram idoli destruxer-  
unt: et presidem lapidare voluerūt. Qui timēs  
furorem populi vsq; in crastinum inde secessit.  
Die hō sequenti bonifacium sibi presentatum  
in confessione persistentem iussit in ollam bul-  
lenti pice repletam verso capite iactari. Sed  
ab angelo pectus illesus permansit: olla quo-  
q; sicut cera liquefacta multos de astantibus  
incendit. Tunc iussit preses: vt gladio caput  
eius abscideretur. Quo facto terremotus ma-  
gnus factus est: et multi ad Christum conuersi  
sunt. Conserui hō Bonifacii cum vndiq; per-  
quirentes: putabant eū in taberna aut in adul-  
terio lasciuire. Et obutantes vni ex commenta-  
riensibus: querebant eum auvidisset romanum  
aliquē peregrinum: datiq; signorum indicio:  
ille eis denunciavit: ipsum die precedenti vi-  
tam martyrio sic finituisse: deducensq; eos ad  
locum et ostendens eis caput et corpus. Quem  
illi bonifacium cognoscentes admirati: precio-  
sus corpus redemerunt: et vngentes illud aroma-  
tibus: posuerunt in vno vehiculo: et reuersi  
sunt de m collaudantes. Angelus autem do-  
mini apparuit aglaie olim domine sue: et rem-  
gestam beati martyris indicauit eidem. Que  
reuerenter sancto corpori obtulit: etq; eccle-  
siam fabricans quinto stadio ab vrbe illud ibi-  
dem honorifice condidit. Qui passus est pri-  
mo die idus maij. ¶ Post hec aglata mundo abres-  
nuncians omnem suam familiam manumisit:  
et omnia pauperibus et ecclesiis erogauit.  
Sumpitq; habitu sanctimoniali ieiunans et ora-  
tionibus omnibus diebus vacauit: miraculozū  
quoq; signis effulsit: et exinde annis. lxxij. sus-  
peruicit. Sepulta apud presatum martyrem  
operibus p̄is consumata.

De sancto Bonifacio epo. Cap. cxv.